

Epithalamion. In
solemnitatem :
nuptialem. . . . dn.
Petri Stigz in
Thor-Sund...

Wilstadius, Lars Jonasson,

1 Ic Fol.



National Library
of Sweden



Epithalamion.

IN
SOLEMNITATEM NUPTIALEM.
SPECTATISSIMI PRUDENTISSIMIQ; VIRI

DN. PETRI S I S S I

in Chor. Suro Inspectoris Solertissimi

SPONSI,

NEC NON
CASTISSIMÆ, VIRTUTUMq; ORNAMENTIS DECORATISSIMÆ
MATRONÆ,

ELIZABETHÆ COL-

KENIÆ Beati sacellani Naguensis

DN. MARTINI SODIALENI Viduæ derelictæ,
SPONSÆ,

Quæ decenti pompâ & honestorum

hospitum præsentia in Nagu celebrata est, die 7. Junij,

An. salutis hominum per Christum paræ 1677.

Votivi affectus debitiq; honoris ergo hæc adposuere sinici



A B O Æ

Excusum à PETRO HANSONIO Acad. Typ.

Moss. Opere
1677



*Omis, blanda, decens, & moribus apta mariti
Foemina cordato est vita vigore viro,
Argento prestans, fulvo pretiosior auro,
Quod vehit aut Ganges, aut celer amne Tagus,*

*Nil fortuna juvat, venus hinc procul improba cedit,
Munere caelesti si venit illa venit.*

Talem, sponse, tibi sincero gratulor ore,

Et tibi cum sponsa fata benigna precor.

Vos liget unanimis sincero gratia cesto,

Ut sine labe domus, sit sine lite thorus.

Vester & aternos thalamus sic floreat annos,

Culta velut veris tempore floret humus.

*Hilce paucis honoratissimo Domino Affini
suo & futurae thori sociæ occupatiss-
simus ex animo gratulari & fausta
quævis precari volui,*

LAURENTIUS WILSTADIUS
Sup. Reg. Jud. Advoc.

Venus Sponso.



U nova ferta venus, nexas cui quæso corollas

Floribus è niveis purpureisq; paras? (tam.

Hæc ego nunc Stigio insigni pro munere mit-

Illius amplexus cum nova sponsa petet.

Sic sincerus amor duo candida pectora jungat,

Eluat & stabilem nulla procella fidem.

Et domui thalamiq; tui decus illa manebit:

Ut decus est capiti missa corona tuo.

Charites Sponsæ.

Cui Charites nova Zona, cui nova vincla parantur?

An novus est iterum conciliandus amor?

Accipe Sponsa tibi Charites quæ munera mittunt,

Sculptura & varijs conspicienda typis.

Aspicias hic hederam, celsas ut flexilis ornos

Ambiat: En pulchrè palmes ut iste viret.

Affita campanam vitis velut implicat ulmum;

Copula sic animos colliget una duos.

Pudicitia.

Hos tibi Sponse favos & apum casta agmina dono,

Grata pudicitiae sunt ea signa tuæ.

Casto laborat apis, nec foetus nixibus edit.

Vosq; ita de casta sedulitate monet.

Mel tibi parca manus non luxuriosa ministret,

Mollitiem centro sedula pungit apis.

Con-

Concordia.

Turturis hic etiam, quem do sub imagine sponsus
Discat in unanimi vivere velle thoro,
Illa sua placidè placidus cum turture vivit,
Integer & mortis spicula vincit amor.
Sic etiam vero placidè certetis amore,
Velle sit & pariter nolle duobus idem.
Sola ego felices facio concordia tædas,
Et sine me lectus nil nisi luctus erit.

Pietas.

Sic pietas homini vitæ immortalis honores
Donat, & in supera dat regione locum.
Hanc cole fidereo cum conjuge plenus amore,
Illa, decus thalamo conferet una tuo.
Forma perit, non divitiæ, non robora durant,
Quæ dederit pietas munera, sola manent.

Quis neget Stigi, niveos lapillos
Nosse, quis pueros neget uniones
Te, cui gemmas dedit & dat ipsa
Cypria virgo,
Et Annam quondam tibi junxit unam,
Transiit postquam superas ad oras;
En tibi non dissimilem priori
addit Elizam,
Illa sit vita socia, & Levamen
Dulce curarum, tibi qua labores
Leniet, vita tibi qua fugaci
proroget annos.
Hæc domi felix, foris & beatus,
Et Deo charus, placitusq; amicis
Gaudes, luctus abigant in æquor
Mobile venti.

Votum.

Nunc tibi legitimos Christus fortunet amores,
Concedatq; tuis gaudia mille thoris.
Vivite concordés animis & moribus unis
Harmonia hæc usquam spavior esse potest.
Hæc & plura tibi charissime sponse, tuæq;
Comprecor, eventu vera futura suo.
Tu, tua quæ virtus me mittere compulit, oro
Accipito facili dona pusilla manu.

Debiti affectus contestandi ergo
hæc fundebat.

ANDREAS Roman.
Junecop. Smol.

Högslan aff långsamheet/då eendeles försvinna/
 När Christeligh kärleek/medh hugnad mon vprinna/
 Mellan Ehta paar/ som andre Creatur/
 Dhe Gudh väl skapat haer/ och satt hwar i sin Buur;
 Det synes underligt/ at så hänger i hoop/
 At Gudh på detta sätt/ all ting i werlden sloop.
 Verama dy all Ting/ i Jesu Helga Rampn/
 Då äro anslaggh god/ komma i en trygg Rampn.
 Ehtenskap har Gudh sielffordom allen instichtat/
 Dy är det ingalund/ af Menniskior vpdichtat.
 Det och besinnat har/ H. Stigh min Käre Swäger/
 Som andra reesan nu i Ehtenskap sigh väger;
 Medh Drogdigh from Matron, Elizabeth medh tuchtan
 Och Rykedom beprydd/ som är alt Herrans fruchtan.
 Effter Slächt/Wäppers Rådgh/ och den Högstes behagh/
 Dhe Adla hiertan Tw/ samman bracht denne dagh.
 Ingå medh lust och Frögd/ vchi det Ehta Stand/
 Som stadig och fast blir/ knippat medh Korlion's band.
 Af hiertat önskar iagh/ medh Slächt och Wänner så
 Wår Brud och Brudgum väl/ efter önskan må gå;
 Gudh wille medh sin Rådgh/ af sin hög himmels högd
 Ehtenskap börias så/ dem til glädie och frögd;
 Vchän Sorg/ Klagan Pust/ länge leswa tillsamman/
 Såsom Oliver Grön/ låt blomstras hwar medh annan;
 Stådz och förlån D Gudh/ som är all Herrars Herre/
 Ingen stund effter här låt dem nu blifwa wårre.
 Och omsider när dee/ qwittera werldsens qwaal
 Föör dem til frögd vchi den Ewigh' frögdesaal!

HÆc tibi sponse Venus genialis germina myrti
 Offero, grata tuis ferta futura comis.
 Hunc tibi sponsa Venus cincturam pectora cestum
 Offero, quem fidi pignus amoris habeo.
 Semper ut illa viret folijs vestita tenellis,
 Sic tuus ES sponsa sit diuturnus amor.
 Neclit ut hic firmis arctè duo pectora nodis,
 Copula sic mentes colliget una duas.

Etiam si rudi venâ, sincero tamen affectu
 hæc addidi

JOHANNES Lillievaan
 S. R. M. Alum.

